M. DENIS GVERIN. obijt 28 febr. 1660
M. Iean de Gorris.
M. Iacques Perreau.
M. Iean Merlet.
M. François Guenault.
M. Iean Bourgeois.
M. Barthelemy Baralis. obijt 4 Junij 1659
M. Robert Tulloüe.
M. Pierre de Beaurains.
M. Claude Lienard.
M. François Mandat. obijt Junio 1660
M. François Boujonnier.
M. Iean de Bourges.
M. François Pijart.
M. Antoine Charpentier.
M. Claude Quiquebeuf.
M. Iean du Cledat.
M. Helie Beda.
M. Philip, Harduin de S. Iacques
M. Herman de Launay.
M. Iacques Iouuin.
M. Philebert Moriſſet.
M. Vrbain Bodineau.
M. Iacques Theuart.
M. Guy Patin,
M. Cyprian Hubaut.
M. Nicolas Brayer.
M. Sebaſtien Rainſſant.
M. Claude Seguin.
M. Iean Vacherot.
M. Gilbert Puylon.
M. Nicolas Langlois.
M. Iacques Renaut.

M. Pierre Hommets.
M. Nicolas Matthieu.
M. Iacques Mentel.
M. Lancelot de Frades. obijt 18 Junij 1659
M. François Blondel, *Doyen.*
M. Pierre le Comte.
M. Germain Preaux.
M. Claude Germain.
M. Iean Pietre.
M. Iean Chartier.
M. Pierre Legier.
M. François le Vignon.
M. Mathurin Denyau.
M. Pierre Yuelin.
M. Claude Guerin.
M. Pierre le Mercier.
M. Nicolas Richard.
M. Nicolas Capon.
M. Martin Akakia.
M. Michel Marés.
M. Iacques Gauois.
M. Denis Ioncquet.
M. Claude le Vaſſeur.
M. Florimond Langlois.
M. François Pajot.
M. Touſſaint Fontaine.
M. Claude Perraut.
M. Charles le Breton.
M. Pierre Bourdelot.
M. Eſtienne le Gagneur.
M. Roland Merlet.
M. Guillaume Petit.
M. Pierre Moriau.

M. Paul Courtois.
M. Iean Garbe.
M. André Guyet.
M. Pierre de Mercenne.
M. Michel du Pont.
M. Iean Foreſtier.
M. Claude Tardi.
M. Simon Boulot.
M. Iean Maurin.
M. Iean Hamon.
M. Pierre Regnier. obijt 20. 9bre 1658.
M. Antoine Morand.
M. Iſaac Renaudot.
M. Euſebe Renaudot.
M. Iean Baptiſte Moreau.
M. Eſtienne Bachot.
M. Bertin Dieuxiuoye.
M. Iean Armand de Mauuilain.
M. Pierre Perreau.
M. Michel de la Vigne.
M. Robert Patin.
M. Iean de Bourges.
M. Germain Hureau.
M. Michel Langlois. obijt 9 Junij 1659
M. Iean-Antoine Bourgaud.
M. Charles Baralis.
M. François Lopes.
M. Daniel Arbinet.
M. Antoine de Sartes.
M. François Landrieu.
M. Claude Quartier.
M. Nicolas le Lettier.
M. Alain Lamy.

M. François de la Chambre.
M. François Boujonnier.
M. Philippes Chartier.
M. Charles Patin.
M. Nicolas Morin.
M. Philippes Douté.
M. Nicolas Lienard.
M. Abraham Theuart.
M. Gilles le Bel.
M. Claudes de Frades.
M. Michel Denyau.
110.

M. Antoine Iean Morand.
M. Pierre le Large.
M. Pierre Creſsé.
M. François Goüel.
M. Louis Gallais.
M. Raphaël Maurin.
M. Edme Charrier.
M. Fabian Perreau.
M. Iean-Baptiſte de Reuellois.

1658.



Quaestiones Medicae omnes

In Scholis Parisiensibus Agitatae,

ab Anno 1640, ad annum 1655;

quas quidem summâ diligentiâ collectas, in ordinem dispositas,
et nitidè colligatas, ornandae Facultatis Bibliothecae consecravit
M. Hyacinthus Theodorus Baron, antiquus ejusdem Ordinis
Decanus;

M. Hyacintho Theodoro Baron filio quartum Decano,

Anno 1754.



tom. VI.

QVÆSTIO MEDICA.

QVODLIBETARIIS DISPVTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS V. IANVARII,

M. CAROLO DV PRE' Doctore Medico, Præside.

An tumentibus puerperæ Hæmorrhoïdibus, fluentibus Lochijs, Venæ sectio è cubito?

CORPVS humanum, quò pluribus instructum est naturæ dotibus, eò aduersantium sibi rerum pluribus patet insultibus: modò externarum lacessitur iniuriâ, modò domesticarum intestina seditione discerpitur: in harum censu multum negotij facessit plethora, tum quæ ex solo sanguine, vel ex optimorum succorum pari quodammodò portione coalescit: tum quæ ex prauorum humorum in vasis luxuria constat: musculi námque distenduntur, turgent venæ, corpus grauatur, atque vtplurimùm partes carnosæ attolluntur in molem, non quomodo ex aqua oritur aër, sed effuso ἀθροῶς sanguine in substantiam partis per venulas & exiguas arterias, per quarum tunicas aut transsudat, aut ex illarum osculis extillat atque decidit: vnde hi profluunt malorum riuuli, calor insignis affectam partem deurit, obstructis à putrefacto humore meatibus: sæuus excruciat dolor, egregium tactus præter cæteros sensus symptoma, cujus causa continens solutio continui, labor naturæ & calamitas summa; cutis tensio diuellit; rubor inficit; tum demum ex molli, tactui renitentem præbet.

COECI causarum externarum impetus, nec arte præuideri nec declinari possunt: Interni vitij emendatio periti Medici negotium est, qui dum venæ sectionem decernit, antiquissimo & præ cæteris innocuo præsidio jucundè, tutò & citò morborum ac symptomatum myriadi obuiam venit: Ecce inter alia educendæ plethoræ & sanguinis minuendi ἡγεμόνικον remedium est, cujus vicem nulla supplet καθάρσις. Non inedia, non exercitia, non hirudines, aut cucurbitulæ exæquant: nec minoris virtutis est cùm impuriore sanguine opplentur vasa, estque permistum ex multitudine atque cacochymia vitium: eo corpus præparatur conuenienter ferendæ purgationi, metúsque perturbationis vel obstructionis augendæ adimitur: Inflammationes etiam eas, quæ ex non pura plenitudine emerserunt, venæ sectio extinguit quàmcelerrimè; sanguinis fluentis impetum remoratur, calorem trahentem & fluxionis parentem minuit; vias obstructione liberat; putredinem arcet, doloris immanitatem præsentissimè mitigat; partes natiuo calori & innatæ mollitiei restituit. Quas singulares dotes præcipuo quodam jure sibi arrogat secta cubiti vena, quæ commodiùs & pleniùs de fonte haurit, atque dum opus est, potentiùs reuellit.

AD hominis corpus vnum plura sunt supplicia quàm membra, nullúmque ex illis siue princeps, siue principum seruitiò mancipatum, quod non aliquo stipetur malorum satellitio: etiam ignobilia obscœnâ sui parte cruciatus patiuntur, ob Hæmorrhoïdas modò clausas seu dolentes, modò apertas & sanguinem nimium profundentes: illæ sunt morbus justioris molis, hæ excretum toto genere præter naturam. Hos sæpius infestat hoc malum, qui nimio Sole flagrant, naturalique tinguntur ferrugine, qui ætate media inter juuentutis præcipitia pondúsque senectutis, quibus aliquando sanguineis ætate prouectiore sanguis deaffatur; quorum denique in hypocondrijs colluuies humoris praui maximéque melancholici congeritur: vnde longè ab illa recessere temperie, quæ aliarum est canon: Caue ne hunc affectum alio nomine salutarem appelles quàm quòd à grauioribus & fere omnibus liberat noxis, dum impuritas humorum vnde ducunt originem, illa parte excernitur.

HÆMORRHOIDES tœcæ viris æquè ac mulieribus infensæ sunt, quas vt in ano hæ, sic etiam in vtero patiuntur: quæ in ano luxuriant, quamuis puerperis procedat λοχία καθάρσις, sunt argumenta plenitudinis, si non puræ, saltem humoris alicuius labe præsertim melancholici contaminatæ: hic verò qui tumorem, magnitudinis præter naturam auctæ morbum, committit humor, cùm sit angustiore loco coercitus, difflationéque careat, statim putret, caloréque magis ac magis accenditur: partes celeriùs distendit, indéque in ijs φλεγμονῇ σκιῤῥώδει correptis acerbissimos ciet dolores: cùm sint membranosæ, extremæ, sensus acutissimi, immineátque vnitatis suæ jacturâ proprius interitus: sed & sicut auget fluxionem tractu suo, ita majore damno per noua tormenta plectit. Quid plura? membra quæ dolent infuscantur mutato colore sibi debito in alienum, atque innata eorum mollities degenerat in antitypiam.

HIS ærumnarum procellis vt ægrum mulieris corpus eripiat prudens artifex, non illico propinabit aloen, cujus etiam exigua portione sedis turgentes venæ recludi perhibentur, non hirudinibus exiget aut exuget sanguinem, non temerario ferro aperiet, cuius vacuationis consuetudo primis temporibus adhibitæ vt periculo non vacat, sic progrediente morbo eóque pertinaci tutissima est: sed certior erit leuatio si primùm omnium basilicam aut quamcumque cubiti venam cædi curet: sic enim felici exitu tot ægrotantem cumulabit beneficijs, quot rerum molestarum opprimebatur maleficijs; ad malleolum incisa vena nequicquam aut minimum proderit, imò recrudescentibus pœnis infandum renouabit dolorem, oleum addet igni, partes jam præter rationem tumidas maiore opprimet mole: neque inde metus suppressionis lochiorum sapienter medentis consilium retardabit; detractâ enim oneris portione quo premebatur natura potentior arte, muneris sui memor incœptum non derelinquet opus, & qui jampridem in minoribus vasis restagnabat sanguinem, aliàs jam exitum per locos affectantem minore negotio λαβρῶς καὶ ἰσχυρῶς amandabit.

Ergo tumentibus puerperæ Hæmorrhoïdibus, fluentibus Lochiis, Venæ sectio è cubito.

Proponebat Lutetiæ QVINTINVS THEVENYM Catalaunæus. A. R. S. H. M. DC. XL.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

M. Petrus le Mercier.	*M. Petrus Richer.*	*M. Ioannes Merlet.*
M. Claudius Guerin.	*M. Mathurinus Denyau.*	*M. Gabriel Harduynus de S. Iacques*, Schol. Professor.
M. Petrus Yuelin.	*M. Franciscus le Vignon.*	*M. Michael de la Vigne.*